

omnia constant, feliciter explicat: quantoq; mentem
circumfundit lumine, tanto simul & uoluntatem gau-
dio beate perfundit.

LIBRI • PRIMI • FINIS.

MARSILII • FICINI • FLOREN-
tini in librum secundum de Vita produ-
cenda, ad Philippum Valorem,
epistolare Proemium.



Vanquam Plato noster Genio suo uiuit,
et uicturus est, ut arbitror, dum mundus
ipse uiuet: meus me tamen Genius huc
semper impellit, ut post diuinum cultum
ante omnia Platonis uitae prospiciam. Ad hoc ipsum
iam diu nobis aspirat praeter ceteris Medica domus. Ad
idem conspiras & tu mi Valor, medicum amicissimus,
& Platonicae gloriae atq; disciplinae admodum studio-
sus. Quam ergo uitam Platoni semper exopto, eandem
opto Medicibus, similemque Valori. Quamobrem hor-
tor & obsecro te mi Valor, ut quanta semper opera
gloriae Platonicae faues, tanta aliquando diligentia praeter-
cepta haec nostra de uita producenda legas atq; serues:
quibus diu uiuens resurgenti nuper disciplinae Plato-
nis diutius unam cum magnanimo Laurentio Medice per-
trocinari possis. Vale.